

# SPECIALIS COMMISSIO PONTIFICIA<sup>1</sup>

ROMANA

NULLITATIS MATRIMONII

Mangiagalli-Toddu

*VOTUM PRO REI VERITATE<sup>2</sup>*

## I. FACTISPECIES

1. Hanc pro munere descripturi, brevitatis ac claritatis gratia, ad sequentia intendimus fundamentalia reducere puncta, ad illa, scilicet, *chronologico-substantiva*, et ad illa *chronologico-processualia*.

2. DATA CHRONOLOGICO-SUBSTANTIVA.—Actis<sup>3</sup> attente perfectis, sequentia ex iisdem apparent indubitanter comprobata:

a) Partes in causa, utramque in civitate M. natam, virum quidem mense iulii 1920, uxorem autem illo ianuarii 1922<sup>4</sup>, notas ad invicem evasisse mense decembris 1939 decurrente, occasiones sane amicabilium relationum quas uxor conventa cum actoris sororibus inde ab incoeptis studiis colebat.

“Ho conosciuto la signorina T. nel dicembre 1939 in casa mia, presentatami da mia sorella U.”, deponit actor ad 7um<sup>5</sup>. Atque ipsamet conventa:” Lo fui per un anno compagna di collegio delle due sorelle di mio marito, con le quali attaccuai una forte amicizia... Un giorno le rividi a caso nella Villa C., ed esse mi invitarono a casa, dove io conobbi il fratello. Nacque fra di noi una vicendevole simpatia e un sin-

<sup>1</sup> Constituta Em.mo D.no Patre Cardinale X, Praeside; Exc.mo D.no M., Secretario; Rev.mo D.no P., Vinculi Defensore; Cl.mo D.no S., Procuratore et Advocato necnon quinque iudicibus ab Em.mo D.no Praeside ex Pontificia delegatione ad hunc casum designatis.

<sup>2</sup> Cuius substantiales conclusiones propositae quoque fuerunt a caeteris iudicibus, inde ab Em.mo D.no Praeside.

<sup>3</sup> Quattuor Acta pro huius causae studio atque decisione membris relatae Pontificiae Specialis Commissionis tradita fuerunt. Eadem, brevitatis gratia, sequentibus classificamus, ac proinde citabimus, siguis: Summarium primum = *Sum. V*; Summarium secundum = *Sum. R*; Summarium tertium = *Sum. O*; Summarium quartum = *Sum. S*.

<sup>4</sup> Cfr. *Sum. V*, pp. 1, 4, 7, 15.

<sup>5</sup> Cfr. *Sum. V*, p. 7.

cero amore. In seguito egli stesso chiese ai miei genitori la mia mano, e questi aderirono al fidanzamento, essendo egli un bravo uomo”<sup>6</sup>.

b) Praematrimonialium relationum duobus elapsis annis, die, nempe, 18 decembris mensis 1941 in paroeciali Ecclesia H., sancto Severino sacra, huiusmodi amorem matrimonii sacramento sanctificasse’;

c) Huius vero diei laetitiam illico instaurata matrimoniali conviventia nullatenus fuisse confirmatam. En namque qualiter actor primam nuptiraum noctem describit: “Io mi accinsi a consumare il matrimonio e mia sposa, volendomi bene, si prestò nella posizione normale. I genitali vennero a contatto a nudo, *ma appena io feci pressione su di lei, essa reagì in modo violento, accusando forte dolore*”<sup>7</sup>. Et similiter ipsamet uxor: “Io ricordo che *cominciai ad avere una paura strana, anzi un terrore di rimanere sola con lui*, tanto che mi chiusi in gabinetto, donde uscii soltanto per le preghiere di lui. Quando ci mettemmo a letto ed egli si avvicinò a me per compiere il debito coniugale, *io cominciai a tremare* ed ad invocare la Madonna, tanto che lo stesso mio marito si spaventò e per quella sera non fece altri tentativi di consumare il matrimonio”<sup>8</sup>.

Cuius vero adeo infelcis exitus causam hisce verbis uxor nobis tradit: “La causa dell'inconsumazione del matrimonio deve attribuirsi a me, perchè mio marito aveva una valida erezione, *e appena egli col suo membro eretto si avvicinava*, io, come sopra ho detto, *provavo un fortissimo dolore nelle parti esterne che non ero capace di vincere anche con tutta la mia buona volontà di accontentare mio marito*”<sup>9</sup>.

d) Reliqua consummationis conamina incassum fuisse peracta. “I tentativi di unione —asserebat actor— *continuarono sempre infruttuosi, per la ragione sopra esposta*, sebbene mia moglie, desiderosa anche lei di consumare il matrimonio, si prestasse volentieri. Il dolore era *vivace* e la reazione *spontanea e violenta*. Mia moglie all'aspetto cambiava colore”<sup>10</sup>. Quapropter, quae situm 16 um absolvens, haec, pariter iurisiurandi sanctitate adstrictus, affirmabat: “Posso con giuramento affermare *che il matrimonio non è stato consumato, essendo mancata qualsiasi penetrazione anche parziale in vagina*”<sup>11</sup>.

Concordat et uxor, haec pariter asserens, scilicet: “Io mi persuadevo della cosa —me obligatam esse ad debitum iro reddendum—; ma quando mio marito tornava ad avvicinarmi, sentivo un fortissimo dolore *e gridando lo respingevo*; ed egli, vedendomi realmente soffrire,

<sup>6</sup> Cfr. Sum. V, p. 15.

<sup>7</sup> Cfr. Sum. R., p. 3, ubi ex integro refertur documentum initi matrimonii.

<sup>8</sup> Cfr. Sum. V, p. 8 ad llum.

<sup>9</sup> Cfr. Sum. R., ad 11um, pp. 16-17.

<sup>10</sup> Cfr. Sum. R., ad 13um, p. 17.

<sup>11</sup> Cfr. Sum. R., ad 11um, p. 9.

<sup>12</sup> Cfr. Sum. R., ad 17um, p. 9.

era costretto a smettere. Affermo con la massima certezza di essere andata al matrimonio vergine ed aggiungo *che il matrimonio non fu mai consumato*<sup>13</sup>. Et rursus, interrogata: "Può giurare davanti alla Maestà di Dio che, neppure una sola volta, vi fu penetrazione, anche solo parziale, del membro virile in vagina con relativa eiaculazione?", sic respondebat: "*Lo posso giurare con piena coscienza*. E certissimo che neppure una sola volta mio marito potè penetrare in vagina, quantumque affermo che egli aveva delle eiaculazioni sulle parti esterne"<sup>14</sup>;

e) His attamen in contrarium non obtantibus, anno 1945 incipiente, muliebria menstrua deficere incooperunt atque aliis pathologicis signis apparentibus —veluti dolores in inferiore parte ventris, potissimum vero metrorragiae— iunii mense oriente uxor quemdam chyrurgicalum interventum subire debuit, a praeclaro gynecologo F. peractum<sup>15</sup>, idque et ad aliquem foetum, iam corruptum, sive putrefactum extrahendum et ad matrem a quadam praematura morte eripiendam<sup>16</sup>;

f) Huius autem extranei, quinimmo rari, eventus occasione haec duo facta *peritiali argumento* constabilita fuerunt, iam antea ipsis partibus quadam dolorosa experientia, pluribus testibus, ex susceptis ab ipsis partibus confidentiis, nota: uxorem, scilicet, *physicam integritatem adhuc asservare*, idque post quatuor annos ab initis nuptiis pertransactos, necnon *quodam rebelli laborare vaginismo*<sup>17</sup>.

"Il caso della Signora Toddu —deponebat praeclarus gynecologus F.— è stato per me *unico più che raro* nella lunga attività professionale di trenta anni... La prima sorpresa, dal punto di vista clinico-ostetrico, fu determinata *dall'aver trovato la paziente anatomicamente vergine, attesa la presenza di un imene integro, cribiforme, spesso...* Tutte le manovre occorse e per l'intervento e per le successive medicature riuscirono eccezionalmente dolorose *a causa di un vaginismo di natura talmente eccezionale da non consentire se non manovre fatte con estrema delicatezza* e nel cotempo con il concorso di una energica coazione psichica da me esercitata sulla paziente e con il sussidio di robuste assistenti impegnate a tenere ferma l'ammalata"<sup>18</sup>.

g) Quinimmo atque tandem, huiusmodi chyrurgicalus interventus occasio quoque exstitit ut initum connubium de facto dissolveretur, definitiva separatione a viro instituta, paucis quibusdam diebus ab hoc interventu elapsis.

"Mi perdetti di coraggio —fatebatur actor— quando il Dott. F.,

<sup>13</sup> Cfr. Sum. R., ad 12um, p. 17.

<sup>14</sup> Cfr. Sum. R., ad 15um, p. 17.

<sup>15</sup> Cfr. Sum. R., p. 5-6; 27-28, potissimum autem Sum. S., p. 18-19.

<sup>16</sup> Cfr. Sum. R., pp. 9, 18-19; 15-17; 23; 31; 36; 44-45, etc.

<sup>17</sup> Cfr. Sum. R., pp. 17-18 necnon Sum. S., pp. 23-24.

<sup>18</sup> Cfr. duo Sum. nuper citata necnon iudiciales depositiones Doctorum V. G., p. 29 et D. L., p. 82, D. ris F. assertiones plene corroborantes.

dal quale mi recavo per consiglio, mi disse chiaramente che non c'era niente da fare"<sup>19</sup>. Et clarius adhuc: "Siamo giunti alla separazione nel 1945, quando io, inteso il responso del Dott. F., mi sono scoraggiato. Ci siamo separati di comune accordo, senza rancore"<sup>20</sup>.

Et testis W., actoris frater, qui illum, moraliter subversum, curationis causa secum Romae portavit: "Mi risulta invece che il prof. che la operò (conventam) ebbe a dire che sarebbe stata difficilissima una guarigione della sposa. Mio fratello appariva molto abbattuto e sinceramente dispiaciuto della stato in cui la moglie si trovava. Tra lui e lei era sempre regnata la pace e la concordia, ma ormai veniva a mancare al giovane la speranza che la sposa potesse guarire... Mi manifestava (frater, sive actor) il desiderio che io l'avessi portato con me a Roma e lo accontentai volentieri perchè compresi il suo stato di animo... Verso il 20 giugno del già detto 1945, egli venne con me a Roma, ove è rimasto fino ad oggi, senza più riunirsi alla moglie"<sup>21</sup>.

3. *Data chronologico-processualia.*—Romae, itaque, viro semel pervento moralique certitudine a medicali responso exhausta illum vaginismum uxorem numquam superaturam, miraculo excepto, de recuperanda libertate ipse statim cogitavit. Quem in finem:

a) Eodem anno 1945 S. Congregationem De Sacramentis adibat, ab eadem postulans ut tale matrimonium, utpote tantum ratum et non consummatum, expletis de iure explendis, a Romano Pontifice benigniter dispensaretur. Verum S. Congregatio, re mature perpensa, aperto Decreto edicebat: *orator adeat viam iudiciariam*<sup>22</sup>;

b) Quod sane Decretum fideliter exsequens, hoc matrimonium actor coram Tribunal V. de nullitate accusabat, et quidem *ex capite impotentiae in muliere*, ad norman can. 1068, § 1, supplici libello die 20 mensis iulii eidem Tribunal oblatu<sup>23</sup>. Quod vero Tribunal ad hanc causam pertractandam competens erat eo quod pars conventa, seu convenienda, utpote a viro legitime non separata, eiusdem viri domicilium retinebat<sup>24</sup>;

c) Lite semel contestata, die, nempe, 19 decembris 1946, quinimmo, ab eadem uxore admisso, litteris diei 18 eiusdem mensis, actorem in libello veritatem exposuisse; eadem uxor nihilominus, bis tribunal P. adibat, diebus, scilicet, 14 novembris 1947 et 10 septembris 1948, ab eodem exposcens ut matrimonium cum M. initum nullitate affectum declararetur, et quidem *ex capite impotentiae* viri. Utrumque

<sup>19</sup> Cfr. Sum. R., p. 9.

<sup>20</sup> Cfr. Sum. R., p. 10.

<sup>21</sup> Cfr. Sum. R., pp. 13-14 et 19.

<sup>22</sup> Cfr. Sum. V., p. 3.

<sup>23</sup> Cfr. Sum. V., pp. 1-7.

<sup>24</sup> Cfr. cc. 1964 cum 93, § 1 conl. necnon Art. 3 et 7 Instructionis *Provida Mater Ecclesia*.

autem libellum Tribunal P. reiiciebat. Et primum sane quia: "1.—non est clare concinnatus, nam in eo describitur mulieris vaginismus, cum, e contra, nullitas matrimonii —pressius vero declaratio nullitatis— petatur ob impotentiam viri conventi; 2.—Impotentia mulieris non est perpetua. Nam, ex allatis documentis<sup>25</sup>, clare appetet impotentiam ex vaginismo, in casu, facillime curari posse"<sup>26</sup>. Alterum vero quia "substantialiter minime differt a praecedenti libello, iam reiecto"<sup>27</sup>.

d) Incidentaliter hac tempestate sedata, Tribunal V. incoeptum processum ad finem tandem perducere curavit, partibus ipsis, non minus quam quindecim testibus necnon quattuor peritis (quorum tribus a curatione, postremo autem ex officio) iudicialiter excussis<sup>28</sup>.

e) Sed, uti sententia primi Tribunalis(V) manifestabat, "causa sedulo instructa actisque de more publicatis, actor, *iudicaria actione sponte renuntiata, ad norman Art. 206, § 1 Instructionis diei 15 augusti 1936, eamdem S. Congregationem* —De Sacramentis— *iterum petuit* eique acta omnia remisit, denuo suppliciter petens ut dispensatio supra rato et non consummato ipsi concederetur. Ast S. Congregatio, mature omnibus perpensis, die 28 iunii 1950 rescribendum censuit: '*Causa Ss.mo proponi non posse pro gratia dispensationis*'"<sup>29</sup>;

f) In iudiciariam viam, igitur, actor denuo prolapsus, adjuncto sive suppletivo libello diei 4 octobris mensis 1950 causae reassumptiōnem a Tribunali V. expostulabat, quod profecto eamdem ad finem deducebat eiusdem sententia diei 30 mensis iunii 1951 quaque edicebatur: "proposito dubio —an constet de mulieris impotentia in casu— respondendum esse: *affirmative*, seu constare de matrimonii nullitate in casu"<sup>30</sup> et quidem ex vaginismo antecedente atque perpetuo, sive incurabili, in muliere;

g) Vinculi Defensore ad superius Tribunal pro munere appellante, hoc alterum Tribunal praecedentis infirmabat decisionem, tenens, in sententia die 8 novembbris 1952, *non constare de matrimonii nullitate in casu*, praesertim cum de perpetuitate asserti vaginismi certo non constaret. Quam sane negativam decisionem et tertium confirmabat Tribunal eiusdem sententia diei 15 martii 1954<sup>31</sup>;

<sup>25</sup> Instanter talia petivimus documenta, sed illa habere nobis possibile haud fuit. Neque ideo putamus eadem decisivo processuali valore praedita, p[ro]ae oculis habitis peritis postea ab actore productis necnon ex officio petitis atque obtentis.

<sup>26</sup> Cfr. Sum. R., Sententia, p. 3.

<sup>27</sup> Ibidem.

<sup>28</sup> Cfr. Sum. V., pp. 9-54 atque 60-75.

<sup>29</sup> Quod sane responsum ipsa solet dare quoties ex actis constet prolem, etiam per inseminationem ad portas, fuisse conceptam; quinimmo, etiam si abortive, sicuti in casu contigit, editam. Ita fert eiusdem S. C. continua ac infrangibilis praxis, quidquid sit de generali vel absoluta redactione canonis 1119.

<sup>30</sup> Cfr. Sum. V., p. 105 necnon R., p. 86.

<sup>31</sup> Cfr. Sum. R., in adnexis binis sententiis. Quas postea examini subiiciemus, ex nunc iam praemittentes, attamen, easdem mediocrem quamdam Vinculi constituere defensionem. Per-

h) Quisque hisce in adiunctis versans huc sisteret, administrativa via eidem clausa, vel ipsa iudicali, principii instar, ad normam canonum 1903 et 1989, paeclusa. Non attamen actor, qui, beneficio novae audientiae relicto, ad viam gratiae recurrebat, Principis clementiam rogans ut huiusmodi causam pro novo examine cuidam Speciali Commissioni Ipse committere dignaretur. Romanus Pontifex autem, prioris sententiae lineali claritate argumentorumque firmitate potissimum perpensis, oratoris votis benigniter annuebat, causam pro solutione Tribunal O. committens. Quod Tribunal, in Sessione diei 20 mensis iulii 1955, duplice concordato dubio ita respondebat: "*Negative quoad nullitatem; affirmative quoad inconsummationem*"<sup>32</sup>. Vinculi Defensore —nixo potissimum responso S. Congregationis De Sacramentis diei 28 iunii 1950— contra hanc postremam decisionem appellante, idem Tribunal O. in altero Turno praecedentem sententiam ita reformatum: "Ad primum: *negative*, i. e. *non constare de matrimonii nullitate in casu ob impotentiam*; ad secundum: *negative*, i. e. *non constare de inconsummatione matrimonii in casu*"<sup>33</sup>.

i) Neque huic duplice negativo responso acquievit actor. Apprime sibi conscius de non sequuta matrimonii consummatione, firmiter persuassus ulterius de medicali responso, a cl.mo gynecologo sibi olim dato, uxorem, scilicet, copulativam numquam assequuturam capacitatem, Principis clementiam denuo exorabat, litteris, nimirum, diei 10 ianuarii 1956<sup>34</sup>. Qui per Litteras a Secretaria Status die 7 mensis martii Em.mo Domino Cardinali X datas, alteram Specialem dignabatur constituere Pontificiam Commissionem, omnibus facultatibus instrutam ad hanc causam definitive dirimendam<sup>35</sup>;

j) Duobus novis testibus iudicaliter excussis; habita quadam medicali attestazione D.ris F., idque "anche per meglio chiarire un mio precedente giudizio espresso nel 1947: giudizio probabilmente espresso in forma niente affatto chiara"<sup>36</sup>; intervenientibus in causa tum cl.mo ac revera egregio actricis partis Patrono cum Il.mo Defensore Vinculi; hodierna Sessione concordatis dubiis respondere tenemur, scilicet: "*An constet de matrimonii nullitate in casu; et quatenus negative: an consilium praestandum Ss.mo pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu*"<sup>37</sup>.

spixerunt quidem hi Patres positivum aspectum —puncta, nempe, favorabilia thesi actoris—, quod in eorumdem laudem sit candide iusteque dictum; perspicerunt quoque et illum negativum, qui in omnibus fere adest causis. Utrisque in lance iustitiae positis, in partem difficultatum sese inclinarunt. Forsitan quia *tutius agendum*!! Vel quia *facilius*?

<sup>32</sup> Cfr. Sum. O., p. 5.

<sup>33</sup> Ibidem, p. 15.

<sup>34</sup> Cfr. Sum. S., pp. 3-6.

<sup>35</sup> Cfr. Sum. S., pp. 1-5.

<sup>36</sup> Cfr. Sum. S., p. 18.

<sup>37</sup> Cfr. Sum. S., p. 8.

## II. IN IURE

4. *Iuridicos impedimenti impotentiae effectus* recensurus, haec ecclesiasticus Legislator vel ex ipso naturali iure<sup>38</sup> referebat, scilicet: "Impotentia *antedens et perpetua*, sive ex parte viri *sive ex parte mulieris*, sive alteri cognita sive non, sive absoluta *sive relativa, matrimonium ipso naturae iure dirimit*".

Et merito quidem, cum, huiusmodi coitiva incapacitate exstante, pars, tali vel anatomica, vel functionali seu psychica, vel tandem anatomo-psychica perturbatione affecta, *ius in corpus* (quod aliunde perpetuum atque exclusivum requiritur) *comparti tradere nequeat*, quod est obiectum, iuxta can. 1081, § 2, matrimonialis consensus.

5. *De ipsa muliebri impotentia*.—Muliebris impotentia autem —prout alias scripsimus<sup>39</sup>— sexuum diversitate perspecta, quinimmo et oppositione, partim per similitudinem, vel sic dictam relativam paritatem, ad illam virilem describitur, partim vero per sibi propria atque exclusiva elementa.

Ob primum, tenendum abs dubio etiam ipsam constitui physica vel psychica, vel anatomo-psychica *incapacitate copulatoria*, quatenus haec illi plane contradistinguitur quae *generativa* vel procreativa appellatur. Ob alterum, vero, pariter tenendum hanc muliebrem incapacitatem copulatoriam, secus ac virilem, in eo proprie consistere, in defectu, scilicet, *receptionis virilis membra in proprio naturali loco*, qui est vagina.

Vir namque *penetrativus* ad rem aestimatur, eiusdem genitalis apparatus morphologico-functionalí constitutione perpensa; mulier, e contra, *receptiva*. Exinde quod pro illo triplex haec, in ordine ad potentiam, capacitas requiratur, *erectionis*, videlicet, *penetrationis* atque *ejaculationis*, seu depositionis veri seminis (in texticulis, nimirum, elaborati) in vaginam; pro hac autem haec una tantum: *receptionis<sup>40</sup>* virilis membra et quidem in proprio atque specifico copulatorio organo, quod vagina appellatur.

6. *De vaginismo*.—Inter obstacula, vero, copulatorium processum, ad mulierem quod attinet, quandoque difficilem, quandoque

<sup>38</sup> Quoad efformationem historicam huius impedimenti mentione dignum aestimamus monographicum studium, quod ad lauream in iure canonico adipiscendam in Pontificio Athenaeo Angelicum conscripsit R. D.nus P. Fernández, e Sodalitate Sacerdotum Operariorum, anno scholastico 1956-1957, cuique titulus est: *El impedimento de impotencia en los textos legislativos. antiguos*.

<sup>39</sup> In causa Romana, nullitatis matrimonii, A.M., apud Tribunal Appellationis Vicariatus Urbis, diei 18 dec. 1957.

<sup>40</sup> Receptionem autem intelligimus *ampliori sensu*, comprehendemtem quoque et *ipsum munus transmissivum recepti seminis in uterum*, idque iuxta naturalem quidem eiusdem vaginae conformatiōnem anatomicam, topographicam, teleologicam atque functionalem. Verum de his aliquique ad aliud tempus, lectoribus si placuerit!

etiam impossibilem efficientia, principem sibi vindicat locum *vaginismus*. Circa quem sequentia sunt breviter animadvertenda, scilicet:

a) Eiusdem descriptio optime quidem tradebatur hisce verbis sententiae prioris tribunalis: "consistit in spasmodica et involuntaria contractione duorum illorum muscularum, nempe, constrictoris vaginae seu constrictoris cunni (*vaginismus inferior*) et levatoris ani (*vaginismus superior*), qui *praecipue ostio vaginae aperiendo claudendoque inserviunt*"<sup>41</sup>;

b) Et iam ex nunc illa notetur qualitas huiusmodi contractionum, quod sint, scilicet, involuntariae. Uti enim legimus in voto peritoris C., "è necessario tener presente che essendo i muscoli delle coscie innervati dal sistema nervoso *che è sotto il controllo della volontà*, una donna *può tener le coscie stesse addotte per tutto il tempo che vuole* e con la forza muscolare che essa possiede. Ciò *può valere meno per quel che riguarda i muscoli perineali*, perchè in questi il tempo di contrazione volontaria è di breve durata, in quanto che durante la contrazione è necessario trattenere il respiro e la forza di contrazione è in rapporto alla ginnastica muscolare alla quale la donna può essersi sottoposta. Per cui la donna può, se vuole, porre in stato di contrazione detti muscoli, indipendentemente da cause locali o psichiche attinenti al vaginismo, ma non può contemporaneamente avere le reazioni generali conseguenti a quanto la costrizione è legata a fattori involuntari"<sup>42</sup>;

c) Ad causas vero quod attinet huius morbi processus —eiusdem aspectus *etiologicalis*— pariter sequentia legimus in priori citata sententia: "Causae huius morbi diversi sunt generis et fundamentum repetunt —vel *anatomicum*, seu locale-organicum (*vaginismus physicus*)— vel *mentale* seu *psychicum* (*vaginismus psychicus*). Agitur saepe de causis localibus, de morbis, nempe, seu spasmis quae genitalia organa afficiunt, vel *externa* (hyperesthesia vulvae, hyperesthesia hymenii, irritationes vaginae ob conatus coitus immoderatos et violentos, ragades et excoriationes mucosae vaginalis, quae haud semel inspectionem medici effugiunt, etc.) vel *etiam interna* (ovarites, salpingites, etc.)"<sup>43</sup>;

d) Estne autem huiusmodi morbosus processus typi psychici insanabilis? "Praevalet principium cum in doctrina tum in iurisprudentia —tradit ad rem pluries citata prior sententia— *vaginismum* morbum esse sua natura curabilem seu sanabilem. Est tamen simplex praesumptio quae veritati cedat oportet, ex medicorum peritorumque

<sup>41</sup> Cfr. Sum. V., p. 107.

<sup>42</sup> Cfr. Sum. V., p. 85.

<sup>43</sup> Cfr. Sum. V., p. 105.

iudicio prudenter dimetiendae. Ipsi etenim canonistis compertum scimus receptumque est in foro, ex vaginismo quoque perpetuam aliquando induci posse impotentiam, dummodo de vaginismo vere insanabili agatur”<sup>44</sup>;

e) Pernotum, denique, relate ad probationes, tria haec fundentalia puncta, idest, huius morbos processus (a) *existentiam*; (b) *antecedentiam* atque (c) *perpetuitatem*, partium, imprimis, sive iudicia libus sive etiam extrajudicialibus depositionibus, testium, secundo, assertionibus corroboratis, potissimum autem peritorum sententia comprobanda esse atque ostendenda. Ad ipsos quippe spectat hos caeterosque morbos status ac eorumdem tum clinicas cum etiam terapeuticas investigare atque constabilire qualitates.

Quod si Iudex, cui totius processus visio ac responsabilitas competit, ob hanc praecise simultaneam completamque eiusdem processus visionem, existimet se non posse peritorum sententiam acceptare —unde et nomen ipsi in iurisprudentia tributum: *peritus peritorum*—tunc, “cum reddit rationes decidendi —decernit can. 1804, §2— exprimere debet quibusnam motus argumentis peritorum conclusiones aut admiserit aut reiecerit”;

f) Erroneum attamen cum cl.mo Consultore G.. quoad probatum aestimationem, putamus “*propter dubiam credibilitatem partium reiicere facta a peritis observata et relata*. Iam vero: *facta* —a peritis, subintelligitur, scientifice seu tecniche detecta et comprobata— *non subvertuntur per dubiam credibilitatem partium, sed depositiones partium confirmantur a factis cum quibus concordant*”<sup>45</sup>.

Aliud vero tenendum quando non de factis a peritis scientifice detectis atque comprobatis agatur, sed agatur, e contra, de assertionibus vel conclusionibus, a peritis quidem statutis, *sed nixis dumtaxat anamnesico examine partium*. Hoc in postremo casu, utique, dubia partium credibilitas et dubium quoque reddit fundamentum, quo periti nituntur.

Quorum ratio est in promptu cuilibet serio perpendenti partes, quando de tecnicis quaestionibus praesertim agitur, erroribus, oblivionibus, falsis quoque aestimationibus neque non raro confusionibus esse obnoxias. Non vero id presumendum de peritis quoties scientifice operantur honesteque loquuntur.

7. *Et quoad inconsummationem* sat sit sequentia in mentem revocare, scilicet:

a) Ut tradit canon 1015, “matrimonium baptizatorum validum di-

<sup>44</sup> Cfr. Sum. V., p. 106.

<sup>45</sup> Cfr. Sum. S., p. 54.

citur *ratum, si nondum consummatione completum est; ratum et consummatum*, si inter coniuges *locum habuerit coniugalis actus*, ad quem natura sua ordinatur contractus matrimonialis et quo coniuges fiant una caro”.

b) Nunc autem, prae oculis habitis quae supra, de muliebri impotenti disserentes, innuimus<sup>46</sup>, necessario concludendum coniugalem actum perfici dupli illa correlativa actione, *penetrativa*, scilicet, ex parte viri, *receptiva* autem ad mulierem quod attinet.

Quae sane penetratio —atque correlativa receptio— haud necesse est ut totalis ac completa sit. Partialis atque incompleta sufficit. Partialis etenim atque incompleta vera penetratio est<sup>47</sup>:

c) Huiusmodi enimvero matrimonium, ratum, scilicet, et non consummatum, modo iustae accedant causae, Romanum Pontificem dispensare posse in doctrina hodie pacificum est<sup>48</sup>, in praxi autem quodam dixeris quotidianum factum, canone 1119 haec expresse dicente: “Matrimonium *non consummatum inter baptizatos* vel inter partem baptizatam et partem non baptizatam, dissolvitur tum ipso iure per sollemnem professionem religiosam, *tum per dispensationem a Sede Apostolica ex iusta causa concessam*, utraque parte rogante vel alterutra, etsi altera sit invita”;

d) Canon, ut supra animadvertebamus<sup>49</sup>, nullam considerat restrictionem, seu consueto *nisi* caret. Sacrae Congregationis De Sacramentis praxis attamen fert ut Romano Pontifici haud deferantur pro dispensatione concedenda matrimonia inconsumitta quidem, ast vel artificiali viri v. gr. inseminatione<sup>50</sup>, vel per fortuitam seminis absorptionem<sup>51</sup> laetificata prole. Quae praxis nota abs dubio erat Patribus prioris tribunalis appellationis in casu, cum ad finem adproperantibus, haec ipsi scribebant: “Equidem, matrimonium impugnatum forse man-

<sup>46</sup> Cfr. supra, n. 5, p.

<sup>47</sup> Et cfr. ad abundantiam —res namque, nostro humili iudicio, perspicua erat— Responsum S. S. C. Sti. Officij diei 1 martii 1941, Prot. n. 557/39, quam refert cl.mus J. CASORIA in opere nuperime luci edito, *De Matrimonio Rato et non Consummato*, Romae, Officium Libri Catholic, 1959, p. 237. Neque suo momento, saltem historico-iurisprudentiali, caret responsum quod Sacra Congregatio De Sacramentis, sub protocolari numero 1025/41, die, nempe 5 martii 1941, cuidam hac de re interroganti Rev.mo Ordinari dabat, scilicet: “...mi onoro con viva premura di assicurarla che la risposta data da cotesta Suprema S. Congregazione del S. Officio al dubbio proposto è da 32 anni la norma costante ed immutabile di questa S. C. dei Sacramenti”.

<sup>48</sup> Cfr. CASORIA J., opus cit., Cap. II, II, pp. 32-42.

<sup>49</sup> Cfr. supra notam 29.

<sup>50</sup> Quidnam vero iuris casu quo de sic dicta *heterologa* artificiali inseminatione agatur? Quaestione magistris libenter submittimus!

<sup>51</sup> “Quod denique —legimus in prima judiciali sententia— huiusmodi in casibus (vaginismi) mulier foecundari et praegnans fieri possit, absque perfecto virili consortio, ex appositione seminis ad os vaginalae in conatibus coitus, pacificum est nunc apud doctores, medicos, moralistas et canonistas, nec mirum esse potest, etsi raro. Quod quidem ipsi Angelico tempore suo innotuerat —et cfr. *Quaestiones quodlib.*, VI, q. 10—” (Sum. V., p. 107). Hodieras conclusiones medicas hac de re accurato examini subiicit cl.mus J. ARMISEN in doctorali Dissertatione: *La inseminación artificial, consumación del matrimonio e impedimento de impotencia*, Facultati Iuris Canonici apud Angelicum anno scholastico 1955-1956 oblata.

sit inconsummatum; cum vero, *propter abortum a muliere habitum*, dispensatio super matrimonio rato et non consummato *Sanctissimo consuli nequeat, supervacaneum est* obtinere facultatem cognoscendi factum inconsummationis et iustum causam dispensandi<sup>52</sup>.

### III. IN FACTO

8. *Dicendorum ordo.*—Duplex dubium concordatum cum fuerit —et cfr. supra, n. 3, litt. j— duplex pariter responsum dare in casu tenemur. Et quidem illo ordine quo dubia ipsa fuerunt concordata. Unde primo sit:

#### A) DE ASSERTA IMPOTENTIA

9. *Quotnam in casu demonstranda.*—Ut ex supra expositis —cfr. n. 6, litt.e— consequitur et ad normam canonis 1068, § 1, tria in casu certo demonstranda sunt: (a) *ipsum factum existentiae obstaculi* ad coniugalem coniunctionem peragendam; (b) *eiusdem impedimenti antecedentia* atque, tandem (c) *eiusdem perpetuitas*.

10. *De duobus prioribus elementis in casu.*—Age nunc, quod uxor conventa de facto incapax exstitit, fere quinquennali cohabitatione non obstante, virile membrum in vagina recipiendi, meridiana luce ex actis patet.

Huc faciunt, imprimis, utriusque partis unanimes, ad substantiam quod attinet, assertiones quasque et supra, factispeciem intexentes, retulimus<sup>53</sup>. Huc quoque innumerae ac concordes testium iudiciales depositiones, illas partium plene corroborantes. Huc tertio atque potissimum haud pauca quidem a medicis, sive a curatione, sive ex officio designatis, vota confecta, partim iam relata, partim vero statim referenda, quibus demonstratur uxorem conventam vaginismo de facto laborare<sup>54</sup>.

Sed et praeterea, actis attente perfectis, sequentia tum antecedentia cum subsequentia plene comprobata deteguntur adiuncta: partes hoc matrimonium inierunt mutuo amore compulsae, floridae iuventae viribus atque illusionibus roboratae; religiosa coeremonia utriusque exultante familia fuit perfuncta; obstaculo pro carnali coniunctione iam ipsa nuptiarum nocte experto, adeo infaustum nuntium in familiarum cognitionem statim devenit (tempore, igitur, non suspecto);

<sup>52</sup> Cfr. Sum. R., in adnexa sententia, p. 29.

<sup>53</sup> Cfr. supra, n. 2, litt.c et ss.

<sup>54</sup> Quod sane adeo perspicuum ex actis ut talia elementa indubitanter admiserint totidem expressis verbis quinque praecedentes iudiciales sententiae. Inutile, igitur, putamus testificale argumentum hic transcribere.

uxoris mater eam consiliis, exhortationibus ad hoc superandum obstaculum adiuvat; vir, tandem, spe amissa de habili uxore habenda ad copulam coniugalem perficiendam eidem uxori, in Clinica degenti, valedicit atque hoc modo initum matrimonium patitur naufragium.

Nunc vero: quomodo haec omnia, ex actis certa, explicanda? Nulla alia ratione, iisdem perpensis actis, nisi asserto obstaculo pro coniugali unione, quaeque aliunde huius matrimoniī naufragium sat superque explicat.

Nullum dubium pariter adesse potest circa huius obstaculi antecedentiam nuptiis. Idque sive quia, ut mox videndum, a nonnullis peritis *originis anatomo-psychicae* huiusmodi vaginismus aestimatur, sive etiam quia talis morbus *illoco post nuptias explosit*, iam prima nuptiali nocte. Cum vero hic morbus —eodem modo ac caeteri aliī— non repentina instauretur, sed effectus sit cuiusdam processus pathologici (qui sane tempus requirit), concludendum talem vaginismus iam adfuisse tempore emissionis matrimonialis consensus. Explosit quidem occasione data exercendi coniugalia iura; iam tamen antea aderat.

11. *De postremo elemento.*—Seu de huius morbi perpetuitate, vel insanabilitate. Et hic sistit huius causae, ut dicitur, *punctum dolens!* Praesertim post assertionem a peritiore C. factam: “Il vaginismo di cui è affetta la signora T. —ita hic peritior— in via assoluta *non si sa se è guaribile o meno, non essendosi tentata alcuna cura*”<sup>55</sup>. Adde quod sub aspectu iuridico, prout supra innuebamus, contra vaginismi functionalis perpetuitatem militat praesumptio talem morbum, secus ac amentiam, non esse suapte natura perpetuam.

Actis sedulo perlustratis, sequentia nihilominus in favorem perpetuitatis huius vaginismi (in casu) deteguntur medicalia argumenta, videlicet:

a) Vel ipsem peritior, vix nuper relatis verbis, prolatis erga aliquam impotentiam relativam in casu propendebat: “*Nei confronti del marito l’impotenza della donna è tuttavia perpetua*, poichè indipendentemente dai cambiamenti che potessero aver luogo, *nel sistema nervoso permane e sarà sempre costante il ricordo dell’insuccesso iniziale e del dolore subito ad ogni amplesso*. Queste cause provocheranno nella volontà della donna una reazione subcosciente ed incontrollabile capace senz’altro di impedire il rapporto sessuale”<sup>56</sup>. Unde et votum, ab eodem confectum, explens, haec pariter asserebat: “Siamo quindi di fronte (a) *ad una impotenza funzionale psichica* —en factum— (b) certamente *anteriore al matrimonio* —en antecedentia— (c) *ed inguaribile nei confronti del marito* —en perpetuitas—”<sup>57</sup>.

<sup>55</sup> Cfr. Sum. V., p. 107.

<sup>56</sup> Cfr. Sum. R., p. 70.

<sup>57</sup> Cfr. Sum. R., p. 70.

b) Eadem ante asseruerant et alii periti, veluti:

1.—Dr. L. D., qui conventam inspexit bis, et quidem quando metrorragico processu erat ipsa affecta. "Trovai la Signora T. con metrorragia e in minaccia di aborto. Tentai la visita, ma mi fu permesso vederla solo esternamente, poichè la signora recisamente vietava la mia visita bimanuale, perché affetta da vaginismo (en factum). Potei constatare l' integrità dell'imene. Il marito mi spiegò poi che la moglie respingeva ogni suo tentativo, non per mancanza di affetto, ma per una strana impressione che lei provava. Cercai di persuadere la signora e così gliai come meglio credetti opportuno perchè fossero completati i rapporti coniugali... Rivisitai la signora qualche tempo dopo nel mio ambulatorio e riscontrai che nulla era mutato sia subbietivamente che obbiettivamente"<sup>58</sup>.

Tales praemissae. En nunc consequentiae: "Fu allora mia impressione che il vaginismo della signora (en factum) era di tale natura per cui si può ritenere con certezza essere affetta da impotenza coeundi (en antecedentia atque incurabilitas), e penso ancora che sia stata originata da causa psichiche"<sup>59</sup>.

2.—Dr. F. S., peritus ex officio, qui conventam inspexit de mandato tribunalis V. "L'esame del perineo anteriore e posteriore —ita hic peritus— è stato molto laborioso nell'oratrice, sia per la dolorabilità, sia per la costrizione spasmodica del muscolo constrictore della vulva e della vagina, che comprimendo i due bulbi della vagina, chiudeva l'ostio vulvare. Tutti i muscoli del perineo posteriore contratti, ed in specie l'elevatore dell'ano in contrazione spasmodica, mi hanno fatto fare diagnosi di vaginismo di alto grado (en factum). Le cosce (a bacino immobile sul letto ostetrico) si tenevano a mutuo contatto e solo con la mia pazienza, con la mia abilità psicoanalista nonchè gli accorgimenti di tecnica esplorativa, usando la manovra di WALTHARD di far rilasciare tutti i muscoli perineali, sono riuscita all'esame sopra descritto, senza adoperare medicine spasmolitiche ed oppiacei, ho dovuto abilmente lottare contro tutti i muscoli delle anche e delle cosce... Così ho potuto vincere l'ostacolo dello spasmo di origine anatomica e riflessa di tutti i muscoli che circondano l'introito vaginale e di trovarmi in grado di ammettere in modo assai certo l'esistenza di un assoluto vaginismo sia superiore che inferiore, e completare la mia perizia, venendo alla conclusione che l'oratrice non è atta al matrimonio per

<sup>58</sup> Cfr. Sum. R., p. 32.

<sup>59</sup> Cfr. Sum. R., p. 32. Neque, infantili reapse mente, obbiciatur contra hunc D. rem eiusdem conclusiones scientifico valore carere quia inspectiones externae dumtaxat fuerunt. Mente serena, a quolibet praeiudicio libera hanc depositionem perlegentibus luci clarior verbum esternamente opponi visita bimanuale. Et priorem, quidem, peritianda permisit, qua Dr. comprobavit hymenis integratatem; alteram vero renuit.

*impotenza coeundi congenita* (en antecedentia) *ed inguaribile* (en perpetuitas) in modo assoluto”<sup>60</sup>.

Conclusiones? Sequentes: la.— “Lo stato generale della perizianda è a sfondo nevrotico, generalizzato, con speciale riguardo alla sfera sessuale. Non è idonea al matrimonio. 2a.— Si deve ritenere con certezza assoluta che la perizianda è affetta da *impotenza coeundi* di natura fisica, anatomica e psichica di grado massimo (assoluta). 3a.— L’impotenza coeundi nell’oratrice è dovuta a cause (a) fisiche, (b) anatomiche e (c) psichiche congenite in rapporto ai muscoli della regione ed alla loro innervazione abnorme cui è dovuto lo spasmo degli adduttori principalmente che hanno un’azione complessiva assai potente nella contrazione che trattiene le cosce a mutuo contatto e si deve pertanto ritenere che questo stato abnorme sia congenito ed antecedente quindi (en antecedentia) al matrimonio”. 4a atque postrema: “Rispondo serenamente che al mio giudizio medico-legale, la impotenza coeundi dell’oratrice è perpetua e non suscettibile di guarigione (en perpetuitas) con cure sia mediche che psicoanalitiche e molto meno chirurgiche, in quanto detta impotenza è congenita ed incurabile”<sup>61</sup>.

3.<sup>o</sup>—Dr. M., peritus ex officio: “ecco quanto io posso da medico con sicura scienza e coscienza affermare nel caso specifico... Da quello che ho potuto constatare, non c’è nessum dubbio che la detta signora soffre di un grave vaginismo acuto (en factum), che assolutamente impedisce il coito. Aggiungo che probabilmente esso è dovuto ad un trauma di ordine psichico da recollarsi al fatto che, ignara come era dei rapporti sessuali, la prima notte del matrimonio sarà stava violentemente impressionata. Inoltre è mia convinzione, dato lo stato attuale della paziente ed il tempo trascorso dal matrimonio ad oggi che il vaginismo sia perpetuo e non suscettibile di guarigione alcuna, anche con un intervento chirurgico”<sup>62</sup>.

4.<sup>o</sup>—Dr. F., qui, ut supra diximus, chyrurgicalum illum interventum in muliere persolvit. Praemissis, quae supra exscripsimus<sup>63</sup>, ad hanc ipse perveniebat generalem conclusionem: “E’ mio convincimento che la paziente fosse affetta da potentia coeundi per ipervaginismo talmente forte da incidere anche sulla di lei psiche. Tale vaginismo è sicuramente antecedente al matrimonio (en antecedentia) e l’impotenza

<sup>60</sup> Cfr. Sum. R., p. 40. Et notentur illa verba: “l'esistenza di un assoluto vaginismo sia superiore che inferiore”. Miramur, proinde, quomodo Patres alterius tribunalis, iam in Iure, haec affirmabant: “Cum tamen in causa praesenti agatur tantummodo de vaginismo superficiali seu inferiore, inutile est describere alteram speciem, idest, vaginismum profundum seu superiore, qui impedit potest quominus vir in vaginam penetratus ibi seminet”. His positis praemissis, seu ab ipsis movendo, planum concludendum: negative!

<sup>61</sup> Cfr. Sum. R., p. 41. Et cfr. praeterea eiusdem iudiciale depositionem diei 30 martii, cuius decursu has conclusiones plene confirmavit.

<sup>62</sup> Cfr. Sum. R., p. 32.

<sup>63</sup> Cfr. supra, n. 2, litt. f.

coeundi è, a mio avviso, assoluta e *non suscettibile di guarigione*, cioè *perpetua*<sup>64</sup>.

12. *Conclusio.*—Cum, itaque, *existentia impedimenti*, seu obstaculi ad coniugalem coniunctionem ex parte mulieris, omnibus illis argumentis certa sit (cfr. n. 10); cum pariter certa sit, et quidem quinque peritorum testimonio huius impedimenti *tum antecedentia cum perpetuitas*, saltem relativa; cumque, tandem, prout tribunal primae instantiae iam tunc temporis praemittet, “nihil in casu excipi posse videatur circa partium et testium honestatem, religiositatem et veridicitatem”<sup>65</sup>, neque, addimus nos, contra peritorum scientificam competentiam ac requisitas morales qualitates; necessario concludendum huiusmodi matrimonium, ob mulieris antecedentem atque incurabilem vaginismum, ad normam canonis 1068, § 1, nullitate laborare.

13. *Satisfit praecipuis difficultatibus.*—Et iam, imprimis,

a) Quomodo loqui possumus de muliebri impotentia in casu, si ipsa mulier *de facto* prolem concepit? Nonne de facto ad posse non valet illatio, uti philosophi tenent?

R.—Obiiciens extra chorum canit! Factum namque subsequutae praegnationis et conceptionis id unum probat, conventam, scilicet, *procreativa* quidem, non autem *coitiva* potentia praeditam. Sunt etenim duae potentiae, subordinatae sane, non tamen necessario ac semper insimul coexistentes. Haud raro enimvero mulieres *copulatoria* praeditae capacitate, illa *procreativa* carent (illas *steriles* vocamus), sicut, vicissim, carent copulatoria, et nihilominus, casu fruuntur illa procreativa (quas propterea *impotentes* iuridice dicimus).

Concludendo, itaque, non repugnat quamdam mulierem iuridice impotentem esse, de facto autem prolem concepisse.

Neque inconsulto ab hac exorsi sumus difficultate. Haud raro, etenim, paucies quidem, factum subsequutae conceptionis iam veluti *a priori* quorundam iudicum animum perturbat, sicut similiter quando agitur de causis nullitatis matrimonii ex capite exclusionis prolis. Immerito, attamen, cum in primo casu aliud capacitas *coitiva*, mulierem quod respecit, illam copulatoriam, supra a nobis in Iure descriptam, necessario requires; aliud vero, idque omnino distinctum, capacitas *conceptiva*, quae postrema, quamquam raro, dari potest, deficiente priore. In altero autem casu (exclusionis prolis), si invicte, uti iura nostra statuunt, demonstretur prolem positivo voluntatis actu momento emissionis matrimonialis consensus fuisse exclusam (matrimoniale consensum, proinde, hac restrictione foedatum et subversum), tunc,

<sup>64</sup> Cfr. Sum. R., p. 28.

<sup>65</sup> Cfr. Sum. V., p. 145.

huiusmodi matrimonium invalidum est, etiam si putativi coniuges eorumdem innumera prole totum orbem terrarum implevissent!

b) Coniuges nimis sero medicales inspectiones atque curas pectorunt, quinquennio fere ab initis nuptiis coniugalique vita expleto. Suspecta, igitur, haec causa videtur.

R.—Pariter extra chorum hic obiiciens canit! Si quid hoc factum probat, id unum putamus: coniuges ad plus *negligentes* exstisset ad medicales inspectiones quod attinet, non autem mulierem illud impedimentum non habuisse multoque minus testibus fidedignis tempore plane non suspecto haud illud manifestasse.

Hoc modo qui argumentantur —et factum, proh dolor! referimus— quamdam ostentund peregrinam mentalitatem, verum excidium aequanimis obiectivique *spiritus iudicialis*. Adsunt, utique, in hoc mundo personae, quae statim ac aliquo capitis ventrisve vel etiam unguiae dolore corripiuntur, omnes medicinam exercentes adeunt ac invocant (ad quam categoriam suspicamur obiicientes hoc modo pertinere!). Adsunt attamen et aliae medicum invocantes solummodo quando gravissimae infirmitatis, quinimo vel ipsius mortis morsibus dilaniantur. Sicut, tandem et aliae adsunt neque medicum (neque sacerdotem!) in ipso mortis articulo invocantes.

Curnam mentalitate nostra, quandoque revera peregrina, homines diiudicabimus? Ubinam scriptum coniuges vel steriles vel etiam impotentes illico post primum infelicem exitum teneri medicos adire?

Actis perfectis nic coniugum serus agendi modus optime quidem sequenti ratione explicatur: illa, nimurum, ferventis amoris, quo ad matrimonium celebrandum pervenerunt, quo infelicem exitum vitae intimae per illud tempus sustimerunt quoque, tandem, spem aluerunt illud obstaculum aliquando fore superandum.

c) Actor, ut evitaret Tribunal P., competens ratione loci, ubi matrimonium celebratum, *et ratione domicilii partis conventae* (cfr. can. 19-64) verbis' sta qui (Romae) pure la moglie', in errorem ducere voluit Tribunal V.

R.—Falsum omnino. Ratione *domicilii partis conventae* tribunal P. nullam competentiam habebat in casu. Ita disurrentes oblivioni tradiderunt conventam *nuptiam* esse, a viro legitime non separatam. Unde, ad normam generalis can. 93, § 1, *necessario retinentem domicilium viri sui*, qui, proinde, romanum domicilium cum haberet. Romae illam iure convenire poterat. Et cfr. Art. 3, § 1 Instructionis *Provida Mater Ecclesia*.

d) Ad peritiali argumentum quod attinet, discrepant Doctores. Idque sive quoad nosologicam entitatem asserti vaginismi, sive etiam quoad eiusdem etiologicum processum. Ex quinque etenim peritis, unus *relativam*, caeteri quattuor *absolutam* huiusmodi propugnant im-

potentiam. Pariter aliquis eam indolis originisque *psychici* tenet; alias *traumatico-psychici*; alias *anatomo-psychico-physici*. Unde peritiale argumentum, quamquam grave, non videtur requisita soliditate gaudere.

R.—Vera obiecta peritorum discrepantia, sed nullum habens momentum *in ordine ad declarationem nullitatis matrimonii*. Potest ipsa ecquidem vel clinicum, vel diagnosticum, vel tandem terapeuticum aliquem habere valorem; *iuridico-processualem* vero nullum. Modo impotentia, etenim, habeatur, eaque, utpote talis, *antedecedens et perpetua*, substantialiter nihil interest cuiusnam nosologicae entitatis sit, an, scilicet, absoluta (erga omnes homines), an vero tantum relativa (erga virum proprium); nihil pariter cuiusnam originis atque indolis ipsa dicatur. Quocumque in casu *impotentia* est, atque, proinde, matrimonium cum tali initum impedimento, nullitate laboraret.

Idque eo vel magis quod qui *relativam* impotentiam tenet, excludit sane *absolutam*; verum *absolutam* tenentes, tenent quoque et *relativam*. Tuto, igitur, matrimonium in casu nullum declarari potest ex capite potentiae relativae, atque peritorum maiori numero per perso-  
so, quinimmo, et quadam omnino peculiari qualitate periti F. S. per-  
pensis (conventam quippe ipse unus, naturali Walthard methodo se-  
quuta, requisita intensitate et profunditate perlustrare potuit) pariter  
tuto in sententiam potentiae absolutae possemus inclinari.

e) Ubinam, tandem, haud unus profecto obiiciet, tot instantiis per-  
pensis, processualium legum stabilitas? Quamquam, enim, principii  
instar, "numquam transeunt in rem iudicatam causae de statu perso-  
narum", ut canon 1903 decernit, ad modum restrictionis attamen huic  
generali principio statim idem canon subiungit: "sed ex duplice senten-  
tia conformi in his causis consequitur, ut ulterior propositio non de-  
beat admitti, nisi novis prolatis iisdemque gravibus argumentis vel  
documentis". In casu autem in via iudiciali consummatae *sex* pros-  
tant instantiae, quibus et *duae* illae adiungi debent a tribunalii P. reiec-  
tae; in via autem administrativa, *duae*<sup>66</sup>. Summatim, itaque, *decem*,  
licet diversi generis, instantiae. Ubinam, igitur, processualium legum  
stabilitas?

R.—Hoc modo obiiciens, ut scholastica terminologia utamur, falso  
nititur supposito, instantiarum, videlicet, multiplicitate processualibus  
legibus derogari. Contrarium verum, quippe quod in iure nostro pro-  
cessuali huiusmodi iteratis instantiis coruscis verbis sit consultum. Et  
praecise illis nuper relatis canonis 1903, repetitis ab illo 1989, aliquantulum,  
denique, explanatis a § 3 Art. 217 Instructionis *Provida Mater  
Ecclesia*<sup>67</sup>. Processualis, itaque, lex est novis prolatis iisdemque gra-

<sup>66</sup> Et cfr. supra, n. 3, *Data chronologico-processualia*.

<sup>67</sup> Videlicet: "Talia argumenta vel documenta non requirunt ut sint gravissima, multoque  
minus decretoria, hoc est quea peremptorie exigant contrariam decisionem; eorumque pondus  
pro causae revisione a tribunali tertiae instantiae aestimandum est, auditio V. def."

vibus argumentis vel documentis, ulteriore causae propositionem (retractationem) admitti deberi. Ita a sensu contrario ex relatis dispositionibus, nunc vigentibus.

Verum, protulitne orator pro duabus postremis instantiis obtinendis talia nova eaque gravia argumenta vel documenta?

Certum quidem, ex una parte, uti ex supra<sup>68</sup> dictis constat, ipsum illas obtinuisse iudiciale via relictam atque Principis clementia rogata. Unde ob hanc rationem concludendum actum in casu fuisse de beneficio novae audientiae ex gratiosa Principis elargitione assequunto. Sed attenta praxi<sup>69</sup> a Principe hisce in casibus semper sequuta, et iuxta quam beneficium novae audientiae ipse concedere non solet nisi prae-habito quandoque unius, quandoque etiam duorum vel trium canonistarum favorabili voto, concludendum tale beneficium partim quidem Principis clementia, partim vero novis gravibusque exstantibus argumentis fuisse ab actore obtentum<sup>70</sup>.

Actor, proinde, hisce omnibus instantiis nedum processualium legum stabilitati non attentavit, verum, e contra, illas adamussim adimplavit.

### B) DE INCONSUMMATIONE

Quam vero quaestionem brevissimis hisce dimittimus verbis: *provisum in primo*. Semel namque demonstrato, ut putamus, huiusmodi matrimonium nullitate laborasse, non est amplius locus quae sit: utrum dispensandum necne, utpote tantum ratum. Matrimonium, quippe, quod ratum et non consummatum, habitis de iure habendis, dispensatur, est illud *validum*, prout supra, in Iure, innuimus. "Sat per se patet —scribit ad rem cl.mus CASORIA J.— in canone (1119) agi de matrimonio *valido*; si ageretur de matrimonio nullo et non consummato, erronee seu putative valido, dispensatio, ex defectu materiae, *supervacanea et nulla esset*; nulla quippe est possibilis solutio ubi nullum exstat vinculum. Nisi agatur de dubio, quo in casu dispensatio dari potest *ad cautelam*"<sup>n</sup>.

<sup>68</sup> Cfr. supra n. 3, litt. *h* et *i*.

<sup>69</sup> Mihi infrascripto quadam personali triennali experientia bene nota.

<sup>70</sup> Et re quidem vera Patres Consultores rem novam viderunt tum in soliditate prioris sententiae, tum praesertim in gravi iuris laesione a negativis sententiis in damnum veritatis et iustitiae commissa. Nitebantur, etenim, difficultatibus nuper a nobis expositis ac solutis, quae et futilis erant et praeterea quaestiois meritum non tangentes, cum ageretur in casu de aliqua controversia exclusive technica: *an assertus vaginismus insanabilis fuerit necne*, peritorum, proinde, votis ultimatum dirimenda. De qua vero re nova en quid legimus in rotali Decisione, coram Mattioli, diei 13 maii 1953: "Inter haec (nova eaque gravia argumenta) utiliter recentur non modo (a) quae a partibus novissime afferuntur ad roborandas probations iam allatas, seu ad lacunas complendas: v. gr. documenta nuper reperta, vel testes praecedenter non inventi, vel quorum scientia antea ignorabatur etc., sed et (b) *laesiones iuris a tribunalibus hucusque invocatos*, etiamsi bona fide, *forte perpetrate in damnum veritatis et iustitiae*. Quae quidem laesiones vel (a') *rerum substantiam spectare possunt*, ubi iudices falsa acceptaverint, *vera reiiecerint, incongrua seu inepta admiserint*, vel simpliciter (b') *proceduram*, vel (c') *utrumque*". Et cfr. TORRE I., *Processus Matrimonialis*, ed. 3.<sup>a</sup>, Neapoli, 1956, p. 447.

<sup>n</sup> Op. cit., Cap. V, III, pp. 82-83.

Actio nullitatis matrimonii atque benigna gratosaque eiusdem dispensatio, qua rati et non consummati, totidem capita sunt inter se confligentia<sup>72</sup>. Unde, quamquam subordinate seu *disiunctive* proponi possint, id tamen postea in solutione verificatur: altera probata, altera automatice subruit. Nec etiam ius admittere potest contradictoria.

Ad complementum attamen quorumdam, quae huius disquisitionis decursu innuimus<sup>73</sup>, putamus rem gratam lectoribus fore sequentia dictis adiungere, scilicet:

a) Circa factum non sequutae consummationis nullum prudens potest dari in casu dubium. Huc faciunt, imprimis, partium unanimes confessiones; huc, secundo, testium iurata asserta, quae rem tempore non suspecto ab ipsis coniugibus didicerunt; huc, tertio atque potissimum, peritorum concordia vota.

b) Quidnam vero iuris, ad consilium quod attinet, Ss.mo praestandum pro dispensatione concedenda?

Loquimur, ut ex nuper dictis patet, doctrinaliter dumtaxat atque *hypothetice*, casu, scilicet, quo huius matrimonii nullitas probata non fuisset. Eadem, etenim, semel demonstrata, iam diximus quod *ad secundum, provisum in primo*.

c) Quidam ex iudicibus, proprio voto semel dato, sequentem quaestionem proponere ausus fuit: ligatur necne haec Specialis Commissio Pontificia restrictione, S. Congregationis de Sacramentis infrangibili praxi inducta, et iuxta quam, prole semel concepta (etiamsi abortive edita) nequit causa Ss.mo pro dispensatione proponi?

Dubitandi autem ratio haec erat: canon 1119, imprimis, *absolute* sonat, nulla, scilicet, restrictione affectus; Ss.mus Dominus huius causae studium atque decisionem huic Speciali Commissioni pariter *absolute* commendare dignatus est<sup>74</sup>. Igitur non apparet hanc Specialem Pontificiam Commissionem illa ligatam fuisse restrictione.

d) Eiusdem autem Pontificiae Commissionis Exc.mus Secretarius, qui in Pontificiis tribunalibus gloriose quidem inveteravit, sequentia obiicienti animadvertebat, Romanos Pontifices, scilicet, hanc restrictionem semper fideliter servasse. Idque *principii instar*, nam, certus erat sub duobus postremis pontificatibus (Pii XI et Pii XII) tres huiusmodi dispensationes concessas fuisse, et quidem quia concepta proles mortua fuerat.

<sup>72</sup> Cfr. can. 1669, § 1.

<sup>73</sup> Cfr. supra, n. 7, litt. d et nota 29.

<sup>74</sup> Cfr. Sum. S., pp. 5-7.

Cum autem haec quaestio practica utilitate careret (quippe omnes thesim nullitatis matrimonii tenebant), Em.mus D.nus Praeses huic Sessioni consuetis liturgicis precibus finem imponere dignabatur<sup>75</sup>.

**SEVERINUS ALVAREZ-MENÉDEZ, O. P.**

Supremi Apostolicae Signaturae Tribunalis a consiliis

---

<sup>75</sup> Facta autem relatione ab eodem Em.mo D.no Praeside, circa decisionem a Pontifica Commissione unanimiter datam, Ss.mo D.no, hic talem decisionem supra Eiusdem auctoritate approbare et confirmare dignatus fuit.